manuscript

Seite 19v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift



et suspirans dixit. Surde et mute exi a plasmate dei.
Et continuo cecidit coram populo. et sanatus est homo. Quod quidem
tabule pictorie ibidem pendentes testantur. id fore quod dic-
tum est. Pensare itaque mens humana dificillime potest quanto
amore iste vir diligeretur a xpo omnipotente. qui eum non solum
in celo sui regni participem. sed et in terra in his duobus sig-
nis egregijs facere dignatus est equalem excepto quod ut semper cum
potestate deus operatur. iste ex eius dono et virtute egit lacrimo-
sa cum operacione impetracione. Etenim qui minus intelligunt
nosque cum eis pro maximis laudibus tenemus. quod sancti domini
in hoc seculo a diversis languoribus corpora cecorum claudorum
aridorum et paralyticorum in xpi nomine curant. Sed tamen et in hoc
quin pocius et in eo opere est laudandus ac glorificandus omnipotens
deus. quod ipse interius claudos cecos dissolutos nos cottidie
curare non cessat. Nam et si alicuius intelligitur. in his
debilibus non antea salus corporis tribuitur. quam mentis
egritudo intus sanetur. quia nec corpus sine peccamine
exterius affligitur. nec mens sine remissione delicti interius
Sane et hoc miraculum huic opusculo sanatur.
inserendum censui. quod multi vetustiores accole se
meminisse ferunt supradicti pagi. Nam quodam in die dum
iter suum nobile una cum asello suo ageret. contigit se in
quendam locum devenisse pascualem. quo oves absque pa-
storibus pascebantur. nescio quo abeuntibus interim propius
accedendo cepit aures vicissim erigere de inoffensis pe-
extendere dibus. caput in altum extollere. ad extremum elevata cau-
da declivijs per avia currere cepit. Cum assessor suus
hoc inusitatissime cernens. tremebundus uti senex desi-
lijt. seque crucis signo offirmavit. cepit tamen arcius trac-
tare quod asino esset. divina vel quod super eum bonitas facere
voluisset. Sed dum hoc secum deprehenderat quod in via bala-